UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scientia Salvtis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam Spiritualis Vitæ Materiam complectens

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

152. Fer. 6. De Beatorum æterna gratiarum actione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59837

Visual Library

Dignus es Domine, &c. quoniam occiſus es, & redemiſti nos ſanguine tuo. Vox, *quoniam* ſignificat cauſam meritoriam: Chriſtus enim merito paſſionis & Mortis ſuæ accepit à Deo poteſtatem eligendi ex omni tribu, quos vellet, ad gratiam, & gloriam: cum quibus & noſtras voces admitti deprecabor. Quæ laus, cùm ſit prȩmium Sanctorum, nolo æſtimare laudem humanam, nec in ea delectari, ſed in ſolo Deo, & laude, quam daturus eſt, *juxta* illud 1. ad Cor. c. 4. *Tunc laus erit unicuiq;* à Deo.

MEDITATIO CLII.

Feria 6. Domin. 4. poſt Paſcha.

De Beatorum æterna gratiarum actione.

AVdiam Beatorum actionem æternā gratiarum, ob beneficia naturæ, gratiæ, di-ctiones gratiarum fiunt hic, ibi actiones ex toto. Petam eas intelligere, & conſequi.

Conſ. 1. Quomodo virtus gratitudinis ſita ſit in agnitione, memoria, & æſtimatione beneficiorum digna. 2. In gratiarum actione. 3. In compenſatione: & hæc gratitudo tunc vera eſt, quando quis agnoſcit ſe indignum donorum omnium: atqui Beati agnoſcunt omnia ſe habere per Chriſtum.

Conſ. 2. Quomodo ſint grati pro beneficijs cōmunibus, Creationis, Redemptionis,

Remu-

Remunerationis: particularibus, præteritis, exſpectatione ad pœnitentiā, juſtificatione, conſervatione in gratia: præſentibus, gloria æterna. Si quis me ex ægro ſanum, ex paupere divitem, vili honoratum, miſero felicem effeciſſet, nónne dicerem: Si oblitus fuero tanti beneficij, oblivioni detur dextera mea: & ſi non ero memor beneficij in principio lætitiæ meæ adhæreat lingua mea faucibus meis: quid eſt ex non eſſe ad eſſe deduci, & quidem beatum eſſe.

Conſ. 3. Quomodo ingratitudo è contrario ſita ſit. 1. In non compenſatione. 2. Nec gratiarum actione. 3. Nec agnitione beneficij. Diſquiram, ubi deliquerim, & contra ingratitudinem tanquam ſpiritum diaboli, ut loquitur S. Brigitta l. 2. c. 17. me armabo, propter quam DEUS peccata permittit, lib. 4. cap. 39.

MEDITATIO CLIII.

Sabbato poſt Dom. 4. poſt Paſcha.

De ſeptem gaudijs animæ glorioſæ B. Virginis.

Videbo felices, ita dictos, quòd magnum bonum ſtabiliter obtineat: Feliciſſimos, quòd omne bonum poſſideant ſine fine: quod Deus eſt, in quo omnis ratio boni invenitur, & hoc bonum poſſedit B. Virgo me-